*Thomae de Aquino*

# Lectura super epistolam ad Hebraeos (Reportatio vulgata)

### Prooemium

*Non est similis tui in diis, Domine,*
*et non est secundum opera tua. Ps. LXXXV, 8.*

**1.** – In verbis istis exprimitur Christi excellentia quantum ad duo.

[1] Et primo quantum ad comparationem ad alios deos, cum dicit "non est similis tui in diis, Domine",

[2] secundo per comparationem ad effectus, cum dicit "et non est secundum opera tua".

**2.** – [1] Circa primum sciendum est, quod licet sit tantum unus Deus naturaliter, ut dicitur *Deut*. VI,4: "Dominus Deus tuus, Deus unus est", tamen participative et in caelo, et in terra sunt dii multi. I *Cor*. VIII,5: "Sunt quidem dii multi et domini multi."

[a] Nam dii quandoque dicuntur ipsi angeli, ut patet *Iob* I,6 et II,1: "Cum venissent filii Dei, ut assisterent coram Domino."

[b] Et quandoque prophetae, ut dicitur de Moyse, *Exod*. VII,1: "Constitui te Deum Pharaonis."

[c] Item de sacerdotibus dicitur *Exod*. XXII,28: "Diis", id est, sacerdotibus, "non detrahes". Item ibi [V,8]: "Si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos."

[a] Sed angeli dicuntur dii, propter abundantissimam refulgentiam divinae claritatis. *Iob* c. XXV,3: "Super quem non fulget lumen illius." Angeli vero non sunt similes Christo in diis, qui est "splendor paternae gloriae", ut dicitur infra I,3. *Eph*. I,20: "Constituens eum ad dexteram in caelestibus supra omnem principatum", etc.



*Thomas von Aquin*

# Lesung über den Brief an die Hebräer (Reportatio vulgata)

### Vorrede

*Unter den Göttern ist keiner wie du, Herr,*
*und nichts gleicht deinen Werken (Ps 86,8).*

**1.** – In diesen Worten wird der Vorrang Christi unter zwei Gesichtspunkten zum Ausdruck gebracht:

[1] erstens im Vergleich zu anderen Göttern, wenn er sagt: „Unter den Göttern ist keiner wie du, Herr";

[2] zweitens im Vergleich zu seinen Wirkungen, wenn er sagt: „Und nichts gleicht deinen Werken".

**2.** – [1] Zum ersten muß man wissen, daß es zwar von Natur aus nur einen Gott gibt, wie es in *Dtn* 6,4 heißt: „Der Herr, dein Gott, ist ein einziger Gott". In der Weise der Teilhabe aber gibt es sowohl im Himmel als auch auf der Erde viele Götter: „Es gibt nämlich viele Götter und viele Herren" (1 *Kor* 8,5).

[a] Denn „Götter" werden bisweilen die Engel genannt, wie aus *Ij* 1,6 hervorgeht: „Als die Söhne Gottes kamen, um vor den Herrn zu hinzutreten."

[b] Bisweilen auch die Propheten, wie es von Moses in *Ex* 7,1 heißt: „Ich habe dich zum Gott über den Pharao eingesetzt."

[c] Ebenso heißt es von den Priestern in *Ex* 22,28: „Von den Göttern", das heißt den Priestern, „sollst du nicht schlecht reden". Ebenso heißt es dort: „Wenn der Dieb unbekannt bleibt, soll der Herr des Hauses vor die Götter gebracht werden" (*Ex* 22,8).

[a] Die Engel aber werden Götter genannt wegen des überströmenden Widerscheins göttlicher Helligkeit: „Über wem erstrahlt nicht sein Licht?" (*Ij* 25,3). Aber die Engel sind Christus unter den Göttern nicht gleich, denn er ist der „Glanz väterlicher Herrlichkeit" (*Hebr* 1,3), „Ihn hat er zu seiner Rechten im Himmel gesetzt über alle Fürstentümer" usw. (*Eph* 1,20).

[b] Prophetae vero dicuntur dii, quia ad ipsos sermo Dei factus est. *Io*. X,35 illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est. Ergo multo excellentius est Deus Christus, qui est substantialiter ipsum verbum Dei.

[c] Sacerdotes vero dicuntur dii, quia Dei ministri. *Is*. LXI,6: "Vos sacerdotes Domini, vocabimini ministri Dei." Sed Christus multo fortius, qui non est minister, sed Dominus universorum, *Esth*. XIII,11; item *Apoc*. XIX, v. 16: "Dominus dominantium"; et infra [III, v. 6]: "Tamquam dominus in omni domo sua." Christus ergo Deus magnus super omnes deos, quia splendor, quia verbum, quia Dominus est.

**3.** – [2] Secundo manifestatur haec excellentia per effectus, cum dicitur "et non est secundum opera tua", ubi sciendum est quod triplex est opus excellens Christi.

[a] Unum quod se extendit ad totam creaturam, scilicet opus creationis. *Io*. I,3: "Omnia per ipsum facta sunt."

[b] Aliud quidem tantum ad creaturam rationalem, quae per Christum illuminatur, quod est illuminationis. *Io*. I,9: "Erat lux vera", etc. –

[c] Tertium est iustificationis, quod pertinet tantum ad sanctos, qui per ipsum per gratiam vivificantem vivificantur et iustificantur. *Io*. I,4: "Et vita erat lux hominum."

His enim tribus modis non possunt operari dii praedicti.

[a] Angeli enim non sunt creatores, sed creaturae. *Ps*. CIII,4: "Qui facis angelos tuos spiritus", etc.

[b] Prophetae etiam sunt illuminati, non illuminantes. *Io*. I,8: "Non erat ille lux", etc.

[c] Sacerdotes etiam non iustificabant. infra X,4: "Impossibile est enim sanguine hircorum et taurorum auferri peccata."

**4.** – Ergo manifeste in verbis istis demonstratur Christi excellentia, et haec est materia huius epistolae ad Hebraeos, quae ab aliis distinguitur.



[b] Die Propheten aber werden Götter genannt, weil an sie das Wort Gottes ergangen ist. In *Joh* 10,35 nannte er Götter, an die das Wort Gottes ergangen ist. Auf viel hervorragendere Weise ist folglich Christus Gott, weil er wesenhaft das Wort Gottes ist.

[c] Die Priester aber werden Götter genannt, weil sie Diener Gottes sind: „Ihr sollt Priester des Herrn genannt werden, Diener Gottes" (*Jes* 61,6). Christus aber ist Gott in einem stärkeren Sinn, denn er ist nicht Diener, sondern Herr des Alls (*Est* 13,11) und „Herr der Herren" (*Offb* 19,16). Und unten heißt es: „Wie ein Herr in seinem ganzen Haus [war Christus treu]" usw. (*Hebr* 3,6). Christus ist folglich der große Gott über alle Götter, denn er ist der Glanz, er ist das Wort, und er ist der Herr.

**3.** – [2] Zweitens wird dieser Vorrang durch seine Wirkungen offenbar gemacht, wenn es heißt: „Und nichts gleicht deinen Werken". Hier muß man wissen, daß das unvergleichliche Werk Christi ein dreifaches ist:

[a] Eines erstreckt sich auf jedes Geschöpf, nämlich das Werk der Schöpfung: „Alles ist durch ihn gemacht" (*Joh* 1,3).

[b] Ein zweites [erstreckt sich] nur auf das vernunftbegabte Geschöpf, das durch Christus erleuchtet wird, nämlich [das Werk] der Erleuchtung: „Er war das wahre Licht [, das jeden Menschen erleuchtet, der in die Welt kommt]" (*Joh* 1,9).

[c] Das dritte ist [das Werk der] Rechtfertigung, die nur die Heiligen betrifft, die durch ihn durch die lebendigmachende Gnade belebt und gerechtfertigt werden. „Und das Leben war das Licht der Menschen" (*Joh* 1,4).

Auf diese drei Weisen können die anderen Götter nämlich nicht wirken.

[a] Die Engel sind nämlich keine Schöpfer, sondern Geschöpfe: „Du machst deine Geister zu Boten" (*Ps* 103,4).

[b] Auch die Propheten erleuchten nicht, sondern werden erleuchtet: „Er [Johannes der Täufer] war nicht das Licht [, sondern sollte von dem Licht Zeugnis geben]" (*Joh* 1,8).

[c] Und auch die Priester rechtfertigen nicht: „Es ist unmöglich, daß mit dem Blut von Rindern und Böcken die Sünden weggenommen werden" (*Hebr* 10,4).

**4.** – Folglich wird in diesen Worten deutlich der Vorrang gezeigt, und dies ist der Gegenstand dieses Briefes an die Hebräer, der sich dadurch von den anderen [Briefen] unterscheidet.

[a] Quia in quibusdam epistolis agitur de gratia Novi Testamenti quantum ad totum corpus mysticum Ecclesiae, et hoc in omnibus epistolis quas mittit Ecclesiis, in ea scilicet quae est ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, et usque ad primam ad Timotheum.

[b] In quibusdam vero quantum ad membra principalia, sicut in his quas mittit singularibus personis, scilicet ad Timotheum, ad Titum, et ad Philemonem.

[c] In ista vero commendat ipsam gratiam quantum ad caput, scilicet Christum;

in corpore enim Ecclesiae ista tria reperiuntur sicut et in corpore naturali,

[a] scilicet ipsum corpus mysticum,

[b] membra principalia, scilicet praelati et maiores,

[c] et caput, a quo vita fluit in totum corpus, scilicet Christus.

**5.** – Sed antequam accedamus ad divisionem, sciendum est quod ante synodum Nicaenam, quidam dubitaverunt an ista epistola esset Pauli. Et quod non, probant duobus argumentis.

[a] Unum est, quia non tenet hunc modum quem in aliis epistolis. Non enim praemittit hic salutationem, nec nomen suum.

[b] Aliud est, quia non sapit stylum aliarum, imo habet elegantiorem, nec est aliqua scriptura quae sic ordinate procedat in ordine verborum, et sententiis, sicut ista.

Unde dicebant ipsam esse vel Lucae evangelistae, vel Barnabae, vel Clementis papae. Ipse enim scripsit Atheniensibus quasi per omnia secundum stylum istum.

Sed antiqui doctores, praecipue Dionysius[1] et aliqui alii, accipiunt verba huius epistolae pro testimoniis Pauli. Et Hieronymus illam inter epistolas Pauli recipit.[2]

[a] Ad primum ergo dicendum est, quod triplex ratio fuit quare non posuit nomen suum.

[1] Vgl. Eusebius, *Historia ecclesiastica* VI,41; Dionysius Alexandrinus, Frg. 12 (PG 10 bzw. *ANF* VI, 98).

[2] Vgl. Hieronymus, *Epistula* 129, 3 ad Dardanum (PL 22,1103); *Commentarius in Epistulam ad Titum* 2 (CCSL 77C,42).



[a] Denn in einigen Briefen wird von der Gnade des Neuen Bundes gehandelt, insofern sie den ganzen mystischen Leib der Kirche betrifft – und zwar in allen Briefen, die er an die Gemeinden geschickt hat, nämlich in denen, die an die Römer, an die Korinther, an die Galater gerichtet sind, bis hin zum ersten Brief an Timotheus.

[b] In einigen [Briefen] dagegen [wird von der Gnade des Neuen Bundes gehandelt], insofern sie ihre vorrangigen Glieder betrifft – so in denjenigen, die er an einzelne Personen geschickt hat, nämlich an Timotheus, an Titus und an Philemon.

[c] In diesem Brief aber hebt er diese Gnade hervor, insofern sie das Haupt betrifft, nämlich Christus.

Denn im Leib der Kirche finden sich diese drei Dinge wie auch im natürlichen Leib,

[a] nämlich der mystische Leib selbst,

[b] seine vorrangigen Glieder, nämlich die Vorgesetzten und Höhergestellten,

[c] und das Haupt, von dem das Leben in den ganzen Leib einfließt, nämlich Christus.

**5.** – Bevor wir aber zur Einteilung schreiten, muß man wissen, daß vor dem Konzil von Nizäa einige bezweifelten, ob dieser Brief von Paulus stammt. Daß dies nicht der Fall sei, bewiesen sie mit zwei Argumenten:

[a] Das eine besagt, daß er nicht jene Schreibweise befolgt wie in den anderen Briefen. Er stellt nämlich weder einen Gruß voran, noch seinen Namen.

[b] Das andere besagt, daß er nicht den Stil der anderen atmet, sondern sogar einen eleganteren besitzt. Auch gibt es keine andere Schrift, die so geordnet voranschreitet in der Abfolge der Worte und Sätze, wie diese.

Daher sagten sie, er sei das Werk des Evangelisten Lukas oder des Barnabas oder des Papstes Clemens. Dieser nämlich schrieb an die Athener fast überall in einem solchen Stil.

Die alten Lehrer dagegen, vor allem Dionysius und einige andere, hielten die Worte dieses Briefes für ein Zeugnis des Paulus. Auch Hieronymus nahm ihn unter die Briefe des Paulus auf.

[a] Zum ersten Argument ist folglich zu sagen, daß es einen dreifachen Grund gibt, warum er [Paulus] seinen Namen nicht genannt hat:

[a.a] Una est, quia non erat Apostolus Iudaeorum, sed Gentium. *Gal*. II,8: "Qui operatus est Petro in apostolatum circumcisionis, operatus est et mihi inter Gentes", etc. Et ideo non fecit mentionem de apostolatu suo in principio huius epistolae, quia nolebat officium sui apostolatus insinuare, nisi ipsis Gentibus.

[a.b] Secunda, quia nomen suum Iudaeis erat odiosum, cum diceret legalia non debere servari, ut patet *Act*. XV,2 ss. Et ipsum tacuit, ne saluberrima doctrina huius epistolae abiiceretur.

[a.c] Tertia, quia Iudaeus erat. "Hebraei sunt? et ego", II *Cor*. XI,22. Et domestici non bene sustinent excellentiam suorum. Non est propheta sine honore nisi in patria sua, et in domo sua, *Matth*. XIII,57.

[b] Ad argumentum secundum, dicendum est, quod ideo est elegantior in stylo, quia etsi sciebat omnem linguam I *Cor*. XIV,18: "Omnium vestrum lingua loquor", - tamen melius sciebat Hebraeam tamquam sibi magis connaturalem, in qua scripsit epistolam istam. Et ideo magis ornate potuit loqui in idiomate suo, quam in aliquo alio. Unde dicit II *Cor*. XI,6: "Etsi imperitus sermone, sed non scientia." Lucas autem qui fuit optimus prolocutor, istum ornatum transtulit de Hebraeo in Graecum.

*(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)*



[a.a] Einer besteht darin, daß er nicht der Apostel der Juden, sondern der Heiden war: „Er, der Petrus die Kraft zum Apostelamt der Beschneidung gegeben hat, hat auch mir die Kraft unter den Heiden gegeben" (*Gal* 2,8). Und daher hat er sein Apostolat am Anfang dieses Briefes nicht erwähnt, weil er sein Apostelamt nicht bekannt machen wollte – es sei denn, den Heiden.

[a.b] Ein zweiter [Grund besteht darin], daß sein Name bei den Juden verhaßt war, da er lehrte, man müsse Gesetzesvorschriften nicht beachten, wie aus *Ap*g 15,2 hervorgeht. Und deshalb [ver]schwieg er [seinen Namen], damit die heilsame Lehre dieses Briefes nicht verworfen würde.

[a.c.] Ein dritter [Grund besteht darin,] daß er Jude war: „Sie sind Hebräer, ich auch" (2 *Kor* 11,22). Und Stammesgenossen können die Größe der Ihren nicht gut ertragen: „Ein Prophet ist nicht ohne Ehre, es sei denn in seinem Land und in seinem Haus" (*Mt* 13,57).

[b] Zum zweiten Argument ist zu sagen, daß der Stil deswegen eleganter ist, weil er, auch wenn er viele Sprachen beherrschte („In allen euren Sprachen spreche ich", 1 *Kor* 14,18), er doch die hebräische Sprache besser kannte als die anderen, denn sie war seine Muttersprache, in der er diesen Brief schrieb. Daher konnte er in seiner eigenen Sprache kunstvoller schreiben als in irgendeiner anderen. Deshalb sagt er in 2 *Kor* 11,6: „Auch wenn ich ungeübt bin in der Rede, so doch nicht im Wissen." Lukas aber, der der beste Schreiber war, übersetzte dieses Kunstgebilde vom Hebräischen ins Griechische.

*(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)*